1802

praescriptione Terrestri bello, conuentioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quouis euadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Brodnicki Zadurskiemu cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Generosus
752 Zbigneus Brodnicki Commilito vexilli grauioris armaturae Illustris et Magnifici Andreae a Potok Potocki Palatini Kiouiensis, Haliciensis, Kolomiensis Lezaysciensis etc. Capitanei, Rothmagistri Sacrae Regiae Maiestatis. ad recipienda infrascripta stipendia vigore assignationis Thesauri Regni cohorti eidem suprascripti Illustris et Magnifici Rothmagistri Sacrae Regiae Maiestatis prouenientis Deputatus, sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni quoad Actum hunc atque se cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse de summa Mille Quingentorum Quadraginta Quinque florenorum, et Grossorum Octodecem Polonicalium, suprascriptae Cohorti vigore assignationis infrainsertae in Vim Quartae de Bonis Villae Wyszatycze hic in Terra et Districtu praesenti Premysliensi consistentis pro Annis, incipiendo ab Anno Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo, vsque ad Annum Millesimum Sexcentesimum Septuagesimum proxime praeteritum prouenientis et ad Thesaurum Regni delata, per eandem vero assignationem suprascriptae cohorti assignata. necnon de

eadem ipsa Recognitione infrascripta: cum omni præmissorum Iure, proprietate, competentiaque et prærogativa quavis, omnibusque et singulis assignationis prædictæ Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentisque et nexibus generaliter universis, summa quoque suprascripta utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, commodis, emolumentis, obventionibus, attinentiisque et pertinentiis in universum omnibus, nihil ex præmissis Iuris, proprietatis, ac cuiusvis competentiæ et prærogativæ pro se Recognoscente, præfataque Cohorte aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum prout præmissa omnia et singula ipsummet Recognoscentem et præfatam Cohortem suam concernebant, ac eidem legitimè serviebant, Iam ex nunc et de facto Generoso Alberto Matthiæ Zadurski Marschalco Orszanensi, eiusque Posteris (accepta et realiter levata eadem summa Mille Quingentorum Quadraginta Quinque Florenorum et Grossorum Octodecem Polonicalium de manibus ipsius) cessit et condescendit, prout cedit et condescendit præsentibus, omne et integrum Ius suum, sibi ad præmissa serviens, in personam eiusdem Generosi Matthiæ Alberti Zadurski Marschalci Orszanensis Cessionarii sui et ipsius Successorum totaliter et plenarie transtulit, transfudit, et incorporavit, prout præsentibus transfert, transfundit et incorporat. Per ipsum Generosum Matthiam Albertum Zadurski Marschalcum Orszanensem Cessionarium suum, et ipsius Successores, hoc idem Ius præsens cessum, Summamque suprascriptam præsentibus per se Recognoscentem accessatam, cum universis eius Utilitatibus et Usufructibus competentiaque et prærogativa quavis tenendi, habendi, et possidendi, ... [illegible]que quiete et pacificè Usufruendi, Summam præfatam Mille Quingentorum Quadraginta Quinque Florenorum et Grossorum

1804

Octodecem Polonicalium per se Recognoscentem transfu-
sam tollendi, levandi, et percipiendi, de levata et perce-
pta quietandi, pro eademque si non fuerit persoluta Ju-
re agendi, Processus quosvis Judiciarios instituendi et
ad debitum Executionis finem deducendi, praemissaque
omnia tanquam sua propria ad suos et suorum Successo-
rum quosvis beneplacitos usufruens libere et effectua-
liter convertendi praefati Juris Originalis ea omnia la-
tius in se complectentis, praesentisque cessi et transfu-
si Vigore. Circa quam eiusmodi Inscriptionem Cessiona-
riam idem suprascriptus Recognoscens Generosus Zbigneu
Brodnicki Commilito gravioris armaturae Illustris et
Magnifici Andreae a Potok Potocki Palatini Kijovien[sis]
Halicien[sis] Colomien[sis] Lezaysen[sis] Capitanei Sacrae Re-
giae Maiestatis Rothmagistri, obtulit eidem Officio prae-
senti et ad actitandum porrexit Assignationem infra-
scriptam Thesauri Regni, petens eandem ad Acta Officii
praesentis suscipi et Inscriptioni praeinsertae Cessionariae
annecti, quod obtinuit. Assignationis vero eiusdem Te-
nor sequitur talis. Jan Andrzey z Raciborska Morsztyn
Podskarbi Wielki Koronny, Kowalski, Tucholski, Zawi-
chostki etc. Starosta. Oznaymuię komu to wiedzieć na-
leży, Iż na Dobrach Rzeczypospolitey Wsi Wyszza-
tycach w Woiewodztwie Ruskim Leżących zostaię resz-
Quarty obodwu tak starey iako y nowey pro Annis Mille-
simo Sexcentesimo Sexagesimo Septimo, Millesimo Sex-
centesimo Sexagesimo Octavo, Millesimo Sexcentesimo
Sexagesimo Nono et Millesimo Sexcentesimo Septuage-
simo do Skarbu winney Summa złotych Polskich Tysiąc Pię-
set Czterdzieści pięć y Groszy Osmnaście, ktora to Kwar-
ta ponieważ in vilipendium Legum publicarum na czas,

y mieysce Prawem opisane do Skarbu nie iest wnieſsiona, lubo by przez to gravioses Pana, to iest Banitionis, Triplicis perditionis et Bonorum privationis subvegni miały. Jednak w tey mierze mitius procedendo ex Decreto et iniunctione niżey podpisanych Ichmściów Panow Deputatow Seymem do Kwarty naznaczonych naznaczam y do rzetelnego zapłacenia przekazuię Chorągwi Usarskiey Jaśnie Wielmożnego Jegomci Pana Andrzeia Potockiego Woiewody Kiiowskiego Kwarciannej w Czterech Ćwierciach a Die Prima Februarii Anni Currentis Millesimi Sexcentesimi Septagesimi poczynaiących się a to u Jegomci Pana Dobr pomienionych Dzierżawce. Assekuruiąc, iż za rzetelnem Summy przerzeczoney Złotych Tysiąca Pięciuset Czterdziestu pięci y Groszy Osmnastu wyliczeniem, niniejsza Assignatia mora przy Recognitiey tego, kto one odbierze, w Skarbie Rzeczypospolitey Koronnem za gotowe przyięta, y Kwity Skarbowe Kwarciane eo nomine wydane będą albo y sama ta Assignatia mieysce Kwitow ważna będzie. A ieśliby zapłacona nie była, tedy salvam Iure agendi viam w Trybunale Koronnem aut ubi de Iure venerit praedictis Panis Legibus expressis niniejszem Ichmściów Panow Assignatariuszow Processu Iwa Skarb pokazuie y zachowuie. Działo się na Zamku Rawskim Dnia Szesnastego Miesiąca Czerwca Roku Pańskiego Tysiącznego Szesćsetnego Siedmdziesiątego. Jakub Zbąski Kasztelan Dobrzyński Deputat do Kwarty. Marcin Kiełbowski Podkomorzy Sochaczewski Deputat do Kwarty mpp Kazimierz Kowalkowski Sekretarz JKMci Pisarz Skarbu Koronnego mpp Locus Sigilli Ibus.

1806

Post cuius assignationis in Acta ingrossationem Originale eius offerenti per Officium praesens extraditum est.

Lapinski Pakoszowi donat

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gene-

752 rosus Thomas Lapinski, sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum hunc attinet se, cum Successoribus ac Bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta, se Recognoscentem post fata Parentum suorum, olim Generosorum Pauli Lapinski et Annae Grabicka Coniugum legitimorum rigore Iuris naturalis concernentia, videlicet certam Sortem, portionem et interesse sui concernentia, Rola Wolkaniakowska dicta, in Villa Bienkowa Wisznia Terra et Districtu praesenti Premisliensi iacens et consistens, cum omni praemissorum Iure, Dominio, proprietate, haereditate, tituloque haereditario, cumque omnibus et singulis Bonorum eorundem Vtilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, commodis, emolumentis, et obventionibus quibusvis, attinentiisque et pertinentiis generaliter universis, Nihil ex praemissis Iuris, Dominii, proprietatis, haereditatis, aut cuiusvis competentiae et praerogativae pro se Recognoscente, Suisque Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo, verum ita late, longe, circumferentialiterque